# Codices Orientales

Bibliothecæ

# Regiæ Universitatis Lundensis.

Dissertatio,

cujus partem primam,

Consensu Ampliss. Ordinis Philosophorum,

Præside

**CAROLO JOH. TORNBERG,**

L. L. O. O. Professore,

Pro Gradu Philosophico

p. p.

**MARTINUS WIBERG,**

Scanus.

In Academia Carolina die XIII Junii MDCCCL.

H. a. m. s.

---

**Lundæ,**

typis Berlingianis,

MDCCCL.

# CODICES ORIENTALES

## BIBLIOTHECÆ
## REGIÆ UNIVERSITATIS LUNDENSIS

RECENSUIT

CAROLUS JOHANNES TORNBERG.

LUNDÆ,
LITTERIS BERLINGIANIS,
MDCCCL.

# L. B.

Collectio librorum manuscriptorum, qui, in bibliotheca regiæ universitatis lundensis asservati, litteras spectant orientales, neque magnitudine sua neque operum diversitate atque raritate nec pretio quodam eximio sese commendat. At studii linguarum Orientis etiam nunc est diuque erit ea ratio, ut quisquis iis deditus omnia, quæ in Europa exstant, ingenii orientalis documenta cognoscere cupiat idemque lætetur, si incremento etiam quam minimo auctam viderit hanc supellectilem. Spero igitur fore, ut mea qualiscumque cura in monumentis eruditionis asiatiacæ e latebris bibliothecarum patriæ eruendis posita, in hoc quoque opusculo mitem et benignam obtineat doctorum censuram atque attentionem.

Ex antiqua bibliothecæ nostræ parte nihil, quod huc sese referat, superesse inveni. Primordia collectionis emtione condita sunt; postea vero, quum desideriis reliquarum disciplinarum, indies crescentibus, vix satisfacere posset fiscus universitatis, et Oriens, tamquam pro tempore parum utilis, valde negligeretur, donis modo auctus est hic noster thesaurus. Anno enim 1703 senatus academicus decrevit, LXXX libros impressos et XVII manu scriptos, hos omnes, nisi unum, orientales, quos Peringer Lilljeblad, olim L. L. O. O. professor upsaliensis, tunc vero temporis censor librorum publicus (anno 1710 mortuus est; vid. *Biografiskt lexicon öfver namn-*

*kunnige svenske män*, vol. VIII, pag. 166 sqq.) e sua bibliotheca vendere proposuerat, quingentis thaleris argenteis emere, et ita emtos bibliotheca anno 1704 recepit. Vid. A. Lidbeck, *De bibliothecæ lundensis initiis* cet. p. 18.

In numero benefactorum, quibus solis deinceps hanc collectionem auctam debemus, primum merito sibi vindicat locum Johannes Gabriel Sparwenfeld, qui anno 1705 suam librorum rarissimorum copiam ita inter bibliothecas upsaliensem, holmiensem et lundensem distribuit, ut hæc XV manuscripta orientalia dono acciperet. Cfr. A. Lidbeck l. l. p. 21, et *Codices arabici, persici, turcici bibliothecæ regiæ universitatis upsaliensis*, in præfamine pag. III. In legati sparwenfeldiani catalogo, quem Ol. Celsius et Er. Benzelius confecerunt, hæc quoque appendicis loco breviter recensita invenies.

Longiore temporis spatio interjecto, Melker Falkenberg, comes et regni senator, qui per septendecim annos gravissimum cancellarii munus in academiæ carolinæ emolumentum obibat, annis 1778 et 1779, multis varii generis libris, in quibus codex orientalis quoque aderat, donandis amorem in nostram universitatem luculenter demonstravit. Cfr. A. Lidbeck, *Memorabilia bibliothecæ lundensis* pag. 4.

Matthias Norberg, L.L. OO. professor apud nos longe meritissimus, deinde nobis hic memorandus est. Non undecim modo volumina grandia, propria ipsius manu intra tres ferme annos in bibliothecis exteris descripta, monumentum suæ industriæ sane stupendæ, nobis legavit, sed duos etiam codices orientales bibliothecæ dono dedit.

Aetate denique nostra duo nomina virorum grata mente repetimus, quorum alter Carolus Fredericus Liljewalch, negotiator holmiensis idem-

que ordinis wasæi eques, post iter in terras Chinensium feliciter peractum, multos libros malaicos in Oriente impressos una cum codice, eadem lingua scripto, bibliothecæ huic redux in patriam dedit; alter Ludovicus a Wildenbruch, in cohorte vigilum regis Borussiæ præfectus, qui, anno 1848 aliquamdiu in Suecia commoratus, Lundam obiit, et anno insequente duos codices, in Europa nondum visos, in memoriam visitationis nobis misit.

Ita quinquaginta codices congesti sunt, quorum XXVII arabici, III arabico-turcici, II persici, I arabico-persicus, II turcici, I malaicus, VII hebraici, VI syriaci et I sabæus sunt. In his IV, XIV, XVI, XVII, XX et XXI præ ceteris digni sunt, qui observentur.

Ratio operis eadem est, quam in codicibus upsaliensibus describendis secutus sum. Qui præter muhammedanos hic insunt libri hebræi, syriaci, sabæi, eos brevissime recensui.

In universitate Carolina dabam, mense Junii MDCCCL.

**C. J. TORNBERG.**

# Index.

## A. Codices Muhammedani.

### I.

# شرح الوافية فى نظم الكافية فى النحو

تصنيف الشيخ الامام العلامة جمال الدين ابى عمرو عثمان بن عمر المالكىّ النحوىّ عرف بابن الحاجب

*Commentarius,* Copiosus *dictus, in syntaxin* Sufficientem *appellatam,* quem ipse poëmatis explicati scriptor, **Djemal-el-din Abu-Amr Othman ben Omar ben Abi Bekr el-Maleki**, nomine **Ibn-el-Hadjib** notior, qui anno Hidjrae 646 (p. chr. 1248) obiit, composuit. Cfr. A. Krafft, *Die Arabischen, Persischen u. Türkischen Handschriften der k. k. Orient. Akademi zu Wien, Wien 1842,* p. 13. **Initium:** قال العبد الفقير الى الله تعالى عثمان بن عمر بن ابى بكر المالكىّ ۞ الحمد لله ربّ العالمين وصلّى الله على سيّدنا محمّد وآله وسلّم تسليما

اللفظ موضوعًا لمعنى مفردِ   كلمةٌ جنسٌ ثلث تقتدى

بيانٌ لحدّ الكلمة فقوله اللفظُ يشتمل الكلمةَ وغيرَها لانه لما يتلفّظ به الخ

Cod. *Arabicus* in quarto chartæ orientalis tenuis foll. 118, litteris *ta'liq* dictis modicis et distinctis intra lineas rubras exaratus. Prima pagina, ut mos fert, ceteris ornatior auro et vividis fulget coloribus. Ad exemplar, ipsa scriptoris manu scriptum, hunc codicem anno 954 (1547) esse descriptum, testantur tam verba: كتبت من خط مؤلّفه قدس سرّه, quæ in fine inscriptionis occurrunt, quam hæc nota librarii: وقع الفراغ عن تنميق هذه النسخة الشريفة ومقابلتها عن النسخة التى كتبها المؤلّف ابو عمرو ابن الحاجب

علی ید اضعف العباد جلال الحقیر فی البلدة القسطنطینیة صانها الله تعالی عن الافة والبلیة عاشر شوّال لسنة اربع وخمسین وتسعمایة من الهجرة النبویة المصطفیة In singulis paginis 19 insunt versus. Tegumento defenditur orientali splendido. In legato Sparwenf. 12 est. [L. O. 26.]

---

## II.

## مختصر زهر ربیع فی علم البدیع

*Flores veris de arte ornate dicendi.* Librum Nasir-el-din Muhammed ben Abd-Allah ben Qarqamas, anno 882 (1477,8) mortuus, scripsit, et anno 862 (1457, 8) absolvit, ut rem narravit Hadji Khalifa, *Lexicon bibliographicum et encyclopæd., ed. G. Flügel,* T. III, p. 547, ubi pro علم in inscriptione شواهد legitur. In hæc XLIII capita opus divisum est: 1. الجناس fol. 4. 2) ردّ العجز علی الصدر fol. 30. 3) التوازن fol. 36. 4) السجع fol. 37 v. 5) لزوم ما لا یلزم fol. 40. 6) حسن التخلیص fol. 40. 7) التشریع 8) الاقتباس 9) الغفر Quum inter folia 40—41 aliquid exciderit, capita VII, VIII omnino et initium IX:i desunt. 10) التلمیح fol. 42. 11) التضمین fol. 43 v. 12) المطابقة fol. 45 v. 13) مراعات النظیر fol. 51. 14) الارصاد fol. 54. 15) المشاکلة fol. 55 v. 16) الاستطراد fol. 56. 17) الازدواج fol. 59. 18) الرجوع fol. 59 v. 19) العکس fol. 60 v. 20) التوریة fol. 62 v. 21) الاستخدام fol. 73 v. 22) اللفّ والنشر fol. 76 v. 23) الجمع fol. 78. 24) التفریق fol. 79. 25) التقسیم fol. 79 v. 26) الجمع والتفریق fol. 81 v. 27) الجمع والتقسیم fol. 82. 28) الجمع والتقسیم والتفریق fol. 82 v. 29) التجرید fol. 83. 30) المبالغة fol. 84. 31) المذهب الکلامی fol. 88 v. 32) حسن التعلیل fol. 91 v. 33) التفریع fol. 94 v. 34) تاکید المدح بما یشبه الذمّ fol. 96. 35) تاکید الذمّ بما یشبه المدح fol. 99. 36) الاستتباع fol. 101. 37) الادماج fol. 101 v. 38) التوجیه fol. 103. 39) اجراء الهزل مجری الجد fol. 106. 40) تجاهل العارف fol. 107. 41) ذکر القول بالموجب fol. 109 v. 42) الاطراد fol. 111. 43) حسن الختام fol. 123 v. In fine folium excidit. Initium:

الحمد لله الذى زيّن سمآء المعانى بمصابيح البديع واطلع شمس البيان من مشرق افقها الرفيع Herbelotio auctore deceptus, Celsius (*Catalogus centuriæ librorum rarissimorum* cet. Upsal. 1706, p. 74) scriptorem operis alium fecit, quum ignorare videretur, multos fuisse libros eadem atque hic inscriptione insignitos.

Cod. *arabicus* in oct. minori chartæ crassæ orientalis foll. 133, versuum 13, charactere *neskhi* mediocri at diducto exaratus. Tegumentum est pulcrum orientale. In legato Sparwenf. 13 est. [L.O. 27].

---

## III.

Insunt: 1) كتاب العقد الفريد والدر النضيد *Liber monilis eximii et margaritæ bene dispositæ,* cujus materia et scriptor ex his intelliguntur verbis, quæ in inscriptione etiam exstant: وهو ثلاثة اجزآء الجزء الاوّل فى معرفة الغنآء الجزء الثانى فى معرفة الانغام والالات الجزء الثالث فى محاسن النسآء للامام الفاضل ابو المنذر المعروف بالفتى علىّ عفى الله عنه i. e. "*e tribus constat partibus, quarum prima de cantu agit, altera cognitionem sistit melodiarum et instrumentorum, tertia denique feminarum describit pulcritudines. Scriptor est Imamus eximius* Abu-l-Mundhir Hischam, el-Fati Ali *appellatus.*" Sic incipit: الحمد لله الخ قال ابو المنذر هشام الغنآء على ثلاثة اوجه النصب والتسناد والهزج فاما النصب فغنآء الفتيان والركبان واما التسناد الخ Hic potius facetiarum leporumque anthologiam, quam notitiam quandam musices et cantûs certam invenies.

2) Fol. 36 v. كتاب المرجانة الثانية فى النسآء وصفاتهن من تاليف احمد ابن محمد ابن عبد ربّه *Liber margaritæ secundæ de feminis earumque descriptionibus, ex opere* Ahmedis ibn Muhammed ibn Abd-rabbihi. Particulam igitur hîc habemus libri celebris, العقد seu *monile* inscripti, quem poëta ille hispanus Ibn Abd-rabbihi, anno 328 (939,40) mortuus, composuit. Cfr. Pascual de Gayangos, *The history of the*

*Mohammedan dynasties in Spain,* vol. I, p. 338 et Hadji Khalifa, l.l. vol. IV, p. 232. Initium: قال احمد ابن محمد ابن عبد ربّه قد مضى قولنا في الغناء واختلاف الناس فيه ونحن قايلون بعون الله وتوفيقه في النساء وصفاتهن وما يحمد ويذمّ من عشرتهن الخ

3) Fol. 66. رسالة شريفة مباركة تسمّى بخلاصة القواعد وغاية المقاصد للعلامة عزّ الدين محمد بن [ابى بكر ابن [Hadji Khalifa addit: جماعة يشتمل على اربعة عشر علما. اصول الدين. اصول فقه. علوم الحديث. المنطق. الجدل. الطبيعى. الطبّ. المعاني. البيان. البديع. العروض. القافية. الحساب. الجبر والمقابلة *Tractatus, qui inscribitur pars præcipua fundamentorum et scopus finium, quem scripsit* Izz-el-din Muhammed ben-Abi-Bekr ibn Djemua. *Hae decem disciplinæ insunt: articuli fundamentales religionis, fundamenta juris, disciplinæ traditionariæ, dialectica, ars disputandi, historia naturalis, medicina, rhethorica, eloquentia, ars ornate dicendi, prosodia, scientia homoioteleutorum, arithmetica et Algebra.* Itaque encyclopædiam in nuce continet. Scriptor anno 819 (1416,7) diem obiit supremum. Vid. Hadji Khalifa, l.l. T. III, p. 166. Initium: بسم الله الرحمن الرحيم ربّنا اتنا من لدنك رحمة وهى لنا من امرنا رشدا قال الشيخ الامام العالم العلامة الخ

Excipiunt duæ quæstiones juridico-theologicæ.

Cod. *arabicus* in octavo chartæ tenuis orientalis foll. 79, char. *neskhi* minuto et satis nitido, 17 versuum in singulis paginis, intra lineas rubras duplices exaratus. Tegum. orient. commun. In legato Sparwenf. 11. [L.O. 25].

## IV.

# اختصار قطب السرور فى اوصاف الخمور

*Compendium libri, Copia lætitiæ de qualitatibus vinorum inscripti,* quem Ahmed ben el-Qasim, vulgo el-Raqiq el-Nedim vocatus, qui circa annum 340 (951,2) floruit, ut Hadji Khalifa (l.l. T. IV, pag. 561) refert, composuit, et Nur-el-din Ali el-Mesudi in